



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1715. usque ad annum 1718

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 13322648**

§. 48. Facultatis Parisiensis Theologicæ declaratio doctrinæ circa  
charitatem Dei.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67649](#)

præficeret, eumque per omnes Ro- Sæc. XVIII.  
manæ Urbis Magistratus, (quod raro A. C. 1717.  
admodum evenit) tentatum, proba-  
tumque, demum biennio ante ejus  
obitum inter Cardinales retulit, tota  
plaudente Urbe, cujus vota jam dudum  
hujus Viri laboribus, doctrinæ, inculpa-  
tisque moribus præmium destinaverant.  
Gerebat titulum Nicæni Archiepiscopi,  
& postea Episcopatui Urbevetano ad-  
motus, die prima Decembris anno æ-  
tatis suæ septuagesimo tertio inchoato  
ibidem decessit, tumulatus in Ecclesia  
Cathedrali Urbevetana.

### §. XLVIII.

#### *Facultatis Parisiensis declaratio do- ctrinæ circa charitatem Dei.*

Quanto Zelo, aut potius vindictæ stu- *Du Pin Hist.*  
dio quidam Parisinæ Facultatis *Ecclesiæ t. 4.*  
Theologicæ Doctores anno priori Joan- *pag. 446.*  
nis Baptistæ Magistri de Roux doctri- *Vid. Jupra*  
nam impugnarint, jam supra recensui- *pag. 359.*  
mus. Nec tamen hac censura con-  
tentii, insuper oppositam doctrinam  
velut Facultatis Parisinæ propriam die  
vigesima secunda Julii proposuerunt,  
typisque vulgatam die prima Augusti  
confirmarunt. Erant autem illius ar-  
ticuli sequentes.

Diss.

**Sæc. XVIII.** Dissipatis errorum tenebris, ut Chri-  
stianæ veritates non modo exponantur,  
A. C. 1717. sed & in sua puritate conserventur,  
S. Facultas declarandum censuit, quæ  
nam sit illius doctrina circa præsen-  
tem materiam. Eam vero esse a Ma-  
joribus haustam tam firmiter si-  
persuadet, ut eam ab omnibus suis  
defendi, tradique præcipiat.

I. Docet Facultas, Christiano-  
rum cordibus sedulo inculcandum,  
quod præceptum de dilectione Dei, ut  
ait S. Augustinus, *divinitus sit constituta  
regula: diliges, inquit, proximum tuum  
sicut te ipsum*, Deum vero ex toto cor-  
de, & ex tota anima, ex tota mente,  
*ut omnes cogitationes tuas & omnem vi-  
tam, & omnem intellectum in illum con-  
feras, a quo habes ea ipsa, que confe-  
cum autem ait, toto corde, tota anima,  
tota mente, nullam vitæ nostræ partem re-  
liquit, quæ vacare debeat, & quasi locum  
dore, ut alia re velit frui, sed quicquid  
aliud diligendum venerit in animum, illuc  
rapiatur, quo totius dilectionis impetus  
currit.*

II. Quod metus gehennæ etiam  
supernaturalis, quamvis sit bonus &  
utilis, non excludat affectum peccandi,  
nec in adultis ad justificationem etiam  
in Pœnitentiæ & Baptismi Sacramen-  
tis sufficiat, sed præter hunc timorem  
ac

ac fidei & spei actus etiam requiratur Sæc. XVII.  
amor Dei, quo illum incipimus dili- A.C. 1717.  
gere *tanquam fontem omnis iustitiae*, ut  
ait Trid. Concilium.

III. Quod hic amor tendat ad Deum  
tanquam infinite bonum in se, & qua-  
tenus est supremum nostrum bonum,  
quæ duo motiva complectitur charitas,  
prout est tertia virtus Theologica: Hæc  
veritas in S. Scriptura clare contine-  
tur, & eam docuerunt sancti Patres.

IV. Quod solo hoc amore voluntas  
nostra convertatur ad Deum & aver-  
tatur a creaturis.

V. Quod amor Dei super omnia,  
qui est actus charitatis saltem initialis,  
requiratur in adultis ad obtainendam  
peccatorum suorum remissionem in Sa-  
cramentis Poenitentiæ & Baptismi.

VI. Denique Facultas docet, quod  
si contritio per charitatem sit perfecta,  
& hominem Deo reconciliat, antequam  
actu Poenitentiæ Sacramentum recipiat,  
hæc tamen reconciliatio non sit adscri-  
benda contritioni sine voto Sacramenti,  
quod in ea includitur.

Hanc Parisinæ Facultatis declara-  
tionem Rhemensis, Nannetensis & Ca-  
domensis Facultates Theologicæ non  
modo adoptarunt, sed etiam Parisiensi  
datis literis gratulabantur, quod tam au-  
thentica declaratione veritatem pro-  
pugnarit.

#### §. XLIX.